Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-351146245-18

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-351146245-18

14.

IOANN WOLFGANG STARCK
MOENO - FRANCOFVRT.

# DE IVDAEORVM TOLERANTIA LEGVM SERIES TEMPORVM ORDINE DIGESTA

JVNCTO SPICILEGIO
*De Ejuſdem Formula*
MOENO - FRANCOFVRTENSI
*Ad Reformat. P. II. Tit. XII.*

15

P. 413

INCLYTI ICTORVM ORDINIS CONSENSV
*Sub* PRÆSIDIO
IOANNIS CHRISTIANI MAIERI
*Phil. & J. V. D. Pr. Jur. Publ. & Can. P. Ord. Sereniſſimi Conſiliario ac Potentiſſimo Regi Daniae a Conſiliis Juſtitiae*

PRO GRADV I. U. DOCTORIS
*Die XXIII. Septembr. MDCCLXXII.*

1782, 4.

PVBLICO EXAMINI SVBMISSA

TVBINGÆ, apud BORNIVM.

KIENFRIED UNIVERS. ZV HALLE

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-351146245-18

# CONSPECTVS.


| | §§. | p |
|---|---|---|
| A) *Ratio inſtituti* | 1 | 1 |
| B) *Principia quædam generalia* | | |
| de tolerantiæ | | |
| a) notione | 2 | 4 |
| b) modo | 3 | 5 |
| c) ſpeciebus | 4 | 6 |
| C) *Ipſa legum Series* | | |
| SEGMENTVM I. LEGES ROMANÆ | | |
| *Period.* I. a POMPEIO ad CONSTANTINVM M. ante C. N. 60. — *ad a. c.* 315. ex Fl. *Joſepho* potiſſimum deſumtæ | | |
| a) Præfamen | 5 | 10 |
| b) Decreta | | |
| aa) JVL. CAESARIS pro Judæa | 6 | 12 |
| bb) aliorum Magiſtratuum pro Judæis per reliquas provincias diſperſis | 7 | 14 |
| cc) Imper. Auguſti | 8 | 17 |
| dd) Subſequutorum Imperatorum | 9 | 19 |
| *Period.* II. a CONSTANTINO M. — ad THEODOS. II. & VALENTIN. III. ab. a. 315—329. ex *Codice Theodoſiano.* | | |
| Conſtantini M. & Succeſſorum | 10 | 21 |
| Theodoſii | 11 | 25 |
| Arcadii & Honorii | 12 | 27 |


Theo-

| | §§. | p. |
|---|---|---|
| Theodoſii Jun. & Valentin. III. | 13 | 32 |
| *Period.* III. a THEODOSIO *Jun.* ad tempora IVSTINIANI ab a. 429—549. | | |
| ex *Codice & Novellis Iuſtinianeis* | | |
| Remiſſiones. | 14 | 34 |
| Novæ leges ex Cod. & Novellis Juſtin. | 15 | 36 |
| Continuatio | 16 | 38 |
| SEGMENVM II. CAPITVLARIA REGVM FRANCORVM | 17 | 45 |
| Segm. III. LEGES ECCLESIASTICÆ GENERALES | | |
| a) ex *Decreto* | 18 | 47 |
| b) ex *Decretalium* | | |
| aa) *titulo* de Judæis | 19 | 19 |
| bb) reliquis *titt.* | 20 | 52 |
| SEGMENT. IV. LEGES GERMANICÆ GENERALES | | |
| a) ex *Speculis* | 21 | 53 |
| b) ex *Receſſibus Imperii* | 22 | 58 |
| D) De *tolerantia Judæorum M. Francofurtenſi* | | |
| a) In genere | 23 | 62 |
| b) In ſpecie, ad *Reformat. Francof.* P. II. Tit. XII. | | |
| aa) de legis ſubjecto ſ. perſonis talia mutua contrahentibus | 24 | 65 |
| bb) eorum contrahendorum forma | 25 | 67 |
| cc) Continuatio | 26 | 69 |


Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-351146245-18

## §. 1.

## A. RATIO INSTITVTI.

In tanta, quam ſeculi hujus genius ſpirat, *religioſæ civilis, tolerantiæ* celebritate, qui a Principibus, inprimis Chriſtianis, liberalius & recipiantur & tractentur, non indigni vel ab *eorum* nonnullis jam haberi cœperunt, multo vero magis ab *ſcriptoribus* noſtris politicis prædicantur ac commendantur & ipſi quidem *Judæi*: quorum quippe cauſſam graviter omnino nec minus eleganter dixit celeberrimus vir, DOHMIVS in libello, qui ſuperiori anno prodiit: Ueber die bürgerliche Verbeſſerung der Juden. 1781. 8. cui mox acceſſit: Anhang zu (deſſen) bürgerlicher Verfaſſung der Juden, oder Manaſſeh Ben Iſrael Rettung der Juden, aus dem Engl. überſetzt, mit einer Vorrede von

Moſes Mendelſohn 8. Berlin 1782. quibus conferri merentur: Anmerkungen zu Dohms Abhandlung über die bürgerliche Verfaſſung der Juden 8. Altona 1782. & Ephemeriden der Menſchheit IV St. Apr. 1782. p. 404. & ſeqq.

Patriæ igitur civitatis, cujus tutela gaudet hujus gentis numeroſa multitudo, abs re publica quo minus alienum eſt tale argumentum, tanto magis & præ reliquis, ſpeciminis inauguralis edendi loco, mihi illud placuit pertractandum: quamvis trita multis videatur de Judæis doctrina ac doctorum virorum multis perſcrutationibus jam illuſtrata & nunc vere abſoluta, *Lipenii* Bibliotheca teſte; inter quos, qui ſpeciatim *patrio* juri circa Judæorum tolerantiam exponendo operam dederunt, nominaſſe ſufficiat G. S. Schweizervm 1) J. D. Peschmannvm 2) &, qui primo loco ponendus, virum Perilluſtrem, G. Ettlingvm. 3)

Enimvero conſiliis a Cel. *Dohmio* nuper propoſitis de Judæorum gente meliori ſorte mactanda atque liberalius tole-

1) D. de validitate contractuum, tam in genere quam in ſpecie cambialium cum Judæis initorum, ſecundum J. C. & Statutarium Francofurtenſe. Gieſs. 1739. 4.

2) D. de Judæo creditore tam ex jure communi, quam patrio, occaſione Reform. Francof. Tit. XII. Altd. 1724. 4.

3) D. de Judæorum Mœnofrancofurtenſium conditione duriori præ civibus & incolis chriſtianis, Gieſs. 1751. 4.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-351146245-18

toleranda, *hiſtoria* utrum faveat, an adverſetur, id ipſum noſſe, quum ad multifarias, quas cauſſa ex multorum opinione habitura ſit, difficultates vel obfirmandas vel removendas quam maxime juvet; atque, unde in perveſtigando hocce argumento hiſtorico eruendam veritatem comparaveris, certiſſima principia quum ſubminiſtrent *ipſæ leges*, in Judæos a Principibus, quorum poteſtati erant ſubjecti, aliæ atque aliæ per varias temporum viciſſitudines conſtitutæ; neque vero ullus hactenus ſit, qui talium legum *integram ſeriem* aliquam, ordine potiſſimum temporis digeſtam dederit: 4) huncce ipſum in ejusmodi conſcribenda *de Judæorum tolerantia* legum ſerie, laborem ſuſcepi, haud quidem adeo difficilem, viribus tamen adcommodatum nec ſupervacaneum plane atque inutilem.

B. PRIN-

4) Quamvis plures ſint, quod probe novi, qui *ex legibus* Judæorum ſtatum ejusque viciſſitudines expoſuere, quos inter notari merentur J. F. KAYSER in D. *de Antonomia Judæorum*, Gieſs. 1739. 4. HEVSCH in D. *de publico Judæorum ſtatu ab eo tempore, quo primum gens a Romanis victa eſt.* Argent. 1745. 4. &, qui primo loco nominandus, J. F. FISHER in D. *de ſtatu & jurisdictione Judæorum ſecundum LL. Rom. Germ. Alſaticas.* Argenj. 1763. 4. quibus addo noviſſimum ea de re ſcriptorem celeb. BUISCHING in libello: Geſchichte der Jüdiſchen Religion oder des Geſetzes, ein Grundriß. Berlin 1778. 8.

## B. PRINCIPIA QVÆDAM GENERALIA.

### §. 2.

### DE NOTIONE TOLERANTIAE.

Quum vero *tolerantia* illud ipſum ſit, circa quod verſantur & cujus formulas exprimunt, ejusmodi omnes, quarum ſeriem daturus ſum, leges: antequam iſtud aggrediar, tam de tolerantiæ ipſa *notione* quam de præcipuis, quos admittit, *modis*, unde potiſſimum derivaveris multifarias ejusdem ſpecies, pauca quædam in univerſum præfari, ab inſtituti ratione haud plane alienum fore exiſtimaverim.

Igitur primum de tolerantiæ religioſæ civilis *notione*: nonniſi *nobis adverſum* illud eſt, quod, dum a loco nobis occupato non prohibemus vel declinamus vel arcemus, *tolerare* dicimur. Deinde *civilis* tolerantia reſpectum habet ad *civitatem* ejusque *territorium*, ubi, quæ tolerat perſona, civitas eſt, ſeu qui civitatis vice fungitur, princeps *Religioſa* denique ejusmodi tolerantia certam quandam pro objecto habet *religionem*, vel in *abſtracto* vel tantummodo in *concreto* ſpectatam; atque ita vel ipſam *religionem* ejusque exercitium vel tantummodo *perſonam* tali religioni addictam, quam, ut ſibi i. e. ſuæ religioni adverſam, tolerare dicitur civitas ſ. qui ejusdem vice fungitur, *Princeps, quà talis.*

Quum vero civitati, quæ nulli certæ religioni addicta eſt, nec ulla alia eſſe poſſit adverſa; ex contraria autem

parte

parte *civitatis* ſ. Principis qua talis *religio* ea ſit, quæ publice per territorium fuit recepta ſ. *civiliter approbata*: in quo ipſo quippe actus genere & τὸ tolerare vel intolerare verſetur neceſſe eſt: prono inde alveo fluere mihi viqetur, quod a) nonniſi poſita certa civitatis religione, quæ & *dominans* dici ſolet ſ. *civiliter approbata*, tolerantia vel intolerantia alterius cujuscunque ibidem locum habeat, atque b) ea ipſa intolerantia religioſa civilis ſ. talis tolerantia *civilis imperii* ille *actus* ſit, quo *religio dominanti* ſic dictæ *adverſa civiliter reprobatur* vel *non reprobatur*.

## §. 3.
## DE MODO TOLERANTIAE.

Enimvero, ut rem alterius perſequar, ex ipſa ejus notione haud quidquam aliud infertur, quam quod talis vel talis religio civiliter ſit reprobata vel non ita reprobata. Jam demum, ut v. gr. *poſteriori* caſu liqueat, utrum tolerata ſit ipſa *religio* an tantummodo illi addictæ *perſonæ*, ac deinde quemnam obtineant *ſtatum civilem* ejusmodi toleratæ religioni addicti, aliæ atque aliæ hujus rei determinationes accedant neceſſe eſt: unde exiſtit tolerantiæ *modus*, ab ejusdem ipſa notione probe diſtinguendus, qui multifarias admittit formulas, atque alius eſſe poteſt & ſolet atque alius.

Quomodocunque iſte autem comparatus ſit, determinationum, in quibus potiſſimum conſiſtit atque abſolvitur,

ſumma

*ſumma* omnis redit ad *libertatis civilis* formulam in univerſum, earumque, re paulo curatius perſpecta, *duplex* eſt *genus:* quorum *alterum* concernit ipſam religionem ejusque *exercitium*: atque *alterum*, reliquum *vitæ civilis ſtatum* atque eo pertinentia jura, beneficia atque obligationes.

Ex hocce igitur *utroque* determinationum genere *aliæ* atque *aliæ* conficiuntur tolerantiæ religioſæ civilis formulæ, totidemque emergunt ejusdem *ſpecies*, ex quibus hoc loco ad colluſtrandes leges, quæ ipſas ejusmodi formulas exprimunt, præſaminis loco commemoraturus ſum *præcipuas.* 5)

## §. 4.
## DE SPECIEBVS INTOLERANTIAE ET TOLERANTIAE PRAECIPVIS.

Ut ab INTOLERANTIA faciam exordium, qua certa quædam religio civiliter reprobatur, ejusdem

a) *communis* formula in eo conſiſtit, ut tali religioni addictis prorſus *omne* in territorio *denegetur domicilium;*

b) *alia* eſt, eaque, quod ſummus juris apex eſſe videtur, magis adſtricta, dum ne ipſe quidem innoxius per territorium *tranſitus* illis concedatur *liber;*

c) alia,

5) Quæ hoc & anteced. §. propoſui, ſunt maximam quoad partem excerpta ex Conſ. D. NEFFI Diſs. inaug. de *notione tolerantiæ religioſæ civilis*, *præſertim ex mente Art. V. J. P. O.*, hoc ipſo anno in hac academia habita.

c) *alia*, quæ non ſine gravi injuria procedit, ubi, ipſo flebili emigrationis beneficio denegato, ſubditi religioni civiliter reprobatæ addicti a ſuis ſacris eorumque uſu diris vexationibus arceantur, iisdemque *ad religionis dominantis profeſſionem* atque exercitium, reluctantis ipſorum conſcientiæ ratione plane non habita, *compellantur.* Denique

d) *extrema* ſævitiæ magis quam intolerantiæ ſpecies eſt, religionis diſſenſum, *civiliter innoxium*, delictorum inſtar civilium, ipſis *pœnis* eumque vel *ultimis mactare ſuppliciis.* 6)

De TOLERANTIA, qua certa quædam religio *civiliter non reprobatur*, formulas ex conceſſæ libertatis civilis ſumma atque utroque huc pertinentium determinationum genere deſumendas quodſi paulo penitius perſpexeris: in tali libertate concedenda *tres* potiſſimum diſtinguere licet *gradus*, unde ipſam deinde tolerantiam non immerito dixeris *maximam*, *mediam*, *infimam*: quarum

a) *illa* in *utroque* determinationum genere, tam in religionis exercitio quam in reliquo vitæ civilis uſu *plenam* infert libertatem;

b) *iſta* in *alterutro* vel *utroque* earundem genere, prouti ſcilicet dominantis religionis rationes hoc poſtulaverint vel

6) Huc vero referenda non eſt illa *Imperii conſtitutio* wider die Wiedertäufer v. J. 1529. & R. J. d. a 1551 §. 87 vid. Sammlung der R. Abſchiede P. II. S. 302. 523 nec olim contra *Manichæos* datæ LL. 4. 11. 12 C. *de hæret. & Manich.*

vel poſtulare videantur, infert libertatem *minus plenam*, ac magis minusve *limitatam*;

c) *hæc* denique in *neutro* plus libertatis inſert, quam quod *incolæ* admiſſo, quà *homini*, ipſa natura dictitante, perfectè debetur.

*Species* tolerantiæ inde emergentes præcipuæ ſunt ſequentes: & quidem

A. de ipſa MAXIMA:

a) *alia* eſt, ubi *integra gens alius religionis* cum ſua civitate fit alteri ſubjecta, retento

aa) *pleno religionis* ſuæ *exercitio* cum omnibus annexis, atque

bb) in reliquis omnibus retenta *publica libertate*, legibus domeſticis utendi, magiſtratus ac judices proprios hadi atque ærario fruendi proprio;

b) *alia*, ubi tali religioni addictis *quibuscunque* ad civitatem patet aditus; dato

aa) jure *liberi* ac *pleni* religionis *exercitii* cum annexis: id quod ſub uno *autonomiæ ſacræ* ſ. eccleſiaſticæ, latiori ſenſu ſumtæ, vocabulo comprehendi poteſt ac ſolet; ac

bb) conceſſa juris ac libertatis civilis *communione omnimoda*, cujus vis atque poteſtas eo potiſſimum redit, ut per univerſum ſtatus civilis ambitum *omnis generis* juris, beneficii, privilegii, officii vel honoris capaces ſint, nec ab iis adquirendis ac percipiendis propter *ſolam* ipſorum *religionem* arceantur.

B) In

B. In MEDIA datur *varietas* ſpecierum maxima, dato ſcilicet ejusmodi toleratis

a) abſolutè vel ſecundum quid

b) jure exercitii religionis aa) *pleni* vel bb) minus pleni at *publici*, vel cc) ſaltim *privati*, cum determinatis annexis: ac

c) conceſſa juris ac libertatis civilis communione *minus plena* ac *reſtricta*: id quod nimirum fit, ipſis mox præcluſo aa) ad quæcunque *munera & officia publica* in utraque militia, tam togata, quam ſogata, vel bb) ad ipſos *honores* inde proficiſcentes capeſſendos aditu; mox demto cc) adquirendorum *bonorum immobilium* jure, vel dd) ad ipſa *opificum collegia* ademto aditu: mox denique ee) dato ad *unum* horum jurium ac libertatum *alterumve* aditu, verum nonniſi ſub lege ac formula impetrandæ *diſpenſationis*. 7)

C. INFIMA denique tolerantia ſubſiſtit in admittendis nonniſi *ſingulis* quà talibus; denegato ipſis communi cujuscunque generis religionis exercitio; *ſola* potius conceſſa

a) *devotione domeſtica*, modo libera, modo aliter atque aliter limitata; ac

 b) ad-

7) *alia* hoc loco non prætereunda tolerantiæ ſpecies in admiſſione *perſonæ ſingularis* conſiſtit, cui

a) jus *privatorum ſacrorum* conceditur, addita

b) de reliquo, juris ac libertatis civilis *congrua formula*.

b) adverſus aliorum injurias *tutela publica:* aa) de reliquo, ipſis ademtis ex jure communi *civili privilegiis* atque *beneficiis*; & vel ipſa bb) cum diminutione ipſius ex jure *naturali exiſtimationis vulgaris*, inuſta *nota*.

## C. IPSA LEGVM SERIES

### Segmentum Imum

## LEGES ROMANÆ

Per. Ima à *Pompejo* — ad *Conſtantinum* M.

*A. C. N. 60 — 315 P. C. N.*

Ex Fl. JOSEPHO potiſſimum deſumtæ.

### §. 5.

### PRAEFAMEN.

*Decreta Romanorum pro Judæis*, ab antiquiori inde tempore *facta*, commemoravit Fl. Joseplus: 8) inde *collecta & commentario hiſtorico-grammatico-critico illuſtrata* edidit *J. Tob.* Krebsivs, *Moldani Rector.* 9) Horum *quinque anteriora*, 10) tempore *liberæ* reipublicæ Romanæ & *liberi* regni Judaici facta, quibus Romanorum cum Judæis fuit inita ac renovata amicitia, 11) huc non pertinent.

A *Pom-*

8) in *Opp.* ſpeciatim in *Antiquitt. Jud* quibus uſus ſum ex verſione J. HUDSONI & edit. *Sigeb.* HAVERCAMPI *Amſtel.* fol. 1726.

9) Liber magno cum eruditionis apparatu inſtructus prodiit *Lipſiæ* 1768. 8. verum nonniſi priora XI decreta complectitur.

10) Extant *Antiquitt.* a) L. XII, c. 10. §. 6 p. 627 coll. I Maccab. c. 8 b) L. XIII, 5, 8. c) L. XIII, 7, 3. d) Eod. 9, 2. p. 659. e) XIV, 8, 5. p. 698.

A *Pompeji* victoria, cum urbe ipſa & templo Hieroſolymitano expugnatis, die jejunii, anno II. Olympiadis CLXXIX. Ubis Rom. cond. DCXC. *C. Antonio* & *M. Tullio Cicerone* Coſſ. & ante C. N. circiter LX — ab *Ariſtobulo* reportata cœpit *Romanorum* juris & poteſtatis eſſe Judaica Gens: quippe quam igitur admodum memorabilem ipſius cladem ac calamitatem quæ ſubſequuta fuere Romanorum pro Judæis *decreta*, talia pro inſtituti mei ratione ſunt, quorum, ad eruendum Judæorum in civitate Romana civilem ſtatum, qualis & primus fuerit, & qualis ſub Imperatoribus proxime ſubſequutis ſubinde evaſerit, alia atque alia commemoraturi ſumus. Ex hiſce autem patefiet, primis à Pompeji victoria atque inde ineunte Romano in Judaicam civitatem imperio temporibus, hanc quidem ipſam *tributariam* ac *mediatam* fuiſſe, admodum tamen liberam, necdum in provinciæ formam redactam, 12) potius quoad maximam partem, ipſius publicæ αυτονομιας, αυτοκρατειας, αυτο-



11) quorum ſumma eo redibat, „ne quis Romanæ ditionis cum *Gente Judæorum* bellum gerito; neque bellum gerentibus *frumentum* aut *naves* aut *pecuniam* ſubminiſtrato; ſiquis Judæos invadat, Romani illis opem ferunto *pro viribus*; viciſſim, ſi quis Romanos invadat, Judæi *auxilium* ferunto; ſi quid ad hoc fœdus voluerit Gens Judæorum addere, aut ab eo demere, id fiat cum conſenſu P. R. & quod ſic additum fuerit, ratum eſto„

12) vid. H. de COCCEJI *Autonomia Jur. Gent.* cap. 17. KREBSIUS l. c. p. 150.

*αυτοδικιας* atque *αυτοτελειας* jure ornatam: nec minus Judæos per ceteras Romanorum provincias diſperſos, ejusmodi *autonomia* fuiſſe gaviſos

## §. 6.

## DECRETA a) C. JULII CÆSARIS PRO JUDÆA.

1) Caius Cæſar, *quintum Conſ. decrevit:* 13) *ut iſti* (Hyrcanus ſc. & filii ejus) habeant, muniantque Hieroſolymorum urbem, *atque* Hyrcanus, Alexandri *filius*, *Judæorum* pontifex & ethnarcha *eam occupet, quemadmodum ipſe voluerit: & ut Judæis ſecundo quoque frugum locationis anno de reditibus eorum ſubducant, & neque fiat* tributorum redemtio, *nec eadem tributa* (*Romanis ſc. ſolvenda*) ſemper *ſolvantur*,,

2) Caesar. *Imper. iterum & Pont. M. ex concilii ſententia decrevi:* 14) *quoniam* Hyrcanus Alexandri *filius Judæus & nunc & ſuperioribus temporibus tam pace quam* bello, *fidem & diligentiam noſtris in negotiis præſtitit, id quod ei multi atteſtati ſunt imperatores; &* nuperrime *in* bello Alexandrino *in auxilium venit cum MD.* militibus, *& a me ad Mithridatem miſſus* omnes in agmine *fortitudine ſuperavit; has ob cauſſas Hyr-*

13) JOSEPH. in *Antiquitt.* L. XIV c. 10 §. 5. cum quo decreto alia §§. 3. 4. 7. commemorata conferri merentur.

14) Ibid. §. 2.

*Hyrcanum, Alex. filium, filiosque ejus Judæorum ethnarchas eſſe volo, & pontificatum Judaeorum perpetuo retinere more patrio,* eſſeque ipſum & filios ejus *ſocios nobis*, præterea-que in *ſingularibus amicis recenſeri; quæcunque etiam propriis ipſorum legibus ad Pontifices pertinent, aut aliorum benignitate illis conceſſa ſunt, ipſum filiosque ejus habere volo: ſi qua vero inter eos de* Judaicis inſtitutis *quæſtio oriatur, placet mihi judicium* penes ipſum *eſſe: ut vero illic* hyemetur *aut* pecuniæ ab illis exigantur, *mihi non placet*„

3) C. Caesar *Impet. iterum, ſtatuit,* 15) *ut propter urbem Hieroſolymorum tributa* (domeſtica ſc. in uſus domeſticos, civitatis & Regis,) *pendat tota Judæorum ditio, excepta Joppe, idque ſingulis annis, niſi ſit annus ſeptimus, quem* Sabbaticum *appellant, quod mos eſt, in eo neque fructus arborum legere neque ſeminare: utque in Sidone ſecundo quoque anno tributum reddant quartam ſatorum partem: ac præterea* Hyrcano *ejusque filiis decimas ſolvant, quas eorum etiam majoribus ſolvebant: utque nemo* vel *Præſes vel Dux vel legatus in finibus* Judæorum *auxilia colligat, neque militibus liceat pecunias ab his exigere ad* hybernandum, *aut alio quocunque nomine, ſed ubique ſint* injuria immunes: *quæcunque etiam poſtea habuerint & poſſederint, aut emerint, his omnibus fruantur. Joppen civitatem præterea, quam ab initio habuerunt Judæi, cum ſocietatem cum Romanis facerent, illorum eſſe, quemadmodum & antea, nobis placere: tributa quoque hujus civitatis nomine habere* Hyrcanum,

 Alex.

15) Ibid, §. 6.

Alex. *filium, ejusque filios, ab agricultoribus, propter frumentum è regione & portu quotanuis Sidonem exportatum, modios 20675, excepto ſeptimo anno: quem* Sabbaticum *vocant: — — vicos autem, quos in* Magno Campo Hyrcanus *ejusque majores olim poſſederunt, ſenatui placere, iſtos habere Hyrcanum & Judæos, eodem jure, quo & prius habuerunt: manere etiam jura, quæ ab initio erant inter* Judæos *&* Pontifices, *ut &* beneficia, *quæ a populo & ſenatu conceſſa habuerunt: prætereaque eodem jure licere uti & in* Lyddis: *loca etiam & agros & villas, quæ fuerunt regum Syriæ & Phœniciæ, ſociorum P. R. quorum uſumfructum ceperunt ex eorum donatione, placet Senatui, ut* Hyrcanus Ethnarcha *& Judæi* habeant: *item* Hyrcano *licere ejusque filiis & legatis, ut in* ludis gladiatoriis & pugnis cum beſtiis *inter* Senatores *ſpectandi gratia* ſedeant: *cumque petiverint à Dictatore aut Magiſtro equitum, ut in publicum prodeant, illis, in Senatum introductis, reſponſum reddendum intra* X *in univerſum dies, ex quo factum fuerit Senatusconſultum*,,

## §. 7.

## b) DECRETA ALIORVM MAGISTRATVVM PRO JVDÆIS PER PROVINCIAS DISPERSIS

4) C. Julius, Prætor, *Conſul Romanorum, Pariorum Magiſtratibus, ſen.* & *pop.* S. 16) *Convenerunt me Judæi in* Delo, & *quidam ex Judæis inſulæ inquilinis, præſentibus etiam veſtris legatis;* & *ſignificarunt*, quod *vos* etiam decreto

16) Joſeph. in Antiquitt. L. XIV c. 10 §. 8

decreto *eos prohibetis*, patriis ritibus & ſacris uti. *Quocirca mihi non placet ejusmodi decreta contra* amicos & ſocios noſtros *fieri, vetarique eos ex* ſuis inſtitutis vivere, *&* conferre pecunias in epulas *&* rem divinam, *præſertim cum* nec Romæ iſta facere *prohibeantur*. Nam *Caj. Caeſar*, Prætor noſter & Conſul, *cum* edicto vetaret, *ullas in urbe coitiones haberi*, ſolum iſtæ ne fierent, ſimulque ne pecuniam conferrent aut convivia agitarent, *non interdixit: ſimiliter & ego, alias coitiones prohibens, illis ſolis permitto ex patriis* moribus & inſtitutis congregari *& in eo perſiſtere*,, *&c.*

5) Dolabella *Imperator Senatui Epheſiorum & magiſtratibus & P. ſalutem:* 17) Alexander *legatus Hyrcani, filii Alexandri, Pontificis Judæorum & Ethnarchæ, mihi ſignificavit, non poſſe populares ſuos* militiæ *nomen dare*, idcirco 18) *quod* nec arma ferre *queant*, *nec iter illi facere diebus* Sabbatorum, *neque* cibos patrios & quibus conſueverant,

17) l. c. §. 12. p. 708: ſimilia decreta ſequuntur §§. 13. 14. 16.

18) Huc conferri merentur, quæ Auctor narravit de expugnatione Hieroſolymorum à Pompejo confecta, L. XIV. c. 4 §. 2. 3. „Prælio laceſſentes & ferientes hoſtes repellere permittit lex: ſed aliud quidpiam agentes impedire non patitur. Idque cum intellexiſſent Romani, iſtis diebus, quas à feriando Sabbatha appellamus, neque Judæos telis petebant, neque cum eis manus conferebant, ſed aggerem & turres excitabant, & machinas admovebant, ut eis poſtridie uterentur„ & de BELLO JVDAICO L. I. c. 7. §. 3. p. 67. „à ſolo corpore etiam Sabbatis vim propulſant„

verant, *ſeorſum comparare. Propterea ego do illis, ſicut etiam magiſtratus, qui ante me fuerunt*, immunitatem à militia, 19) *permittoque ut utantur* patriis inſtitutis, *cum propter* ſacra *&* res divinas *ex more* ſuo *congregantur*, *& ad* oblationes *in* ſacrificia faciendas, *& vos volo litteras de iſtis per urbes ſingulas dimittendas curare*„

6) *Lucius* Antonius, Marci *Filius*, *Proquæſtor & Proprætor*, Sardianorum *Magiſtratibus*, *ſenatui ac populo* ſ. 20) *Judæi*, cives *noſtri*, *cum ad me acceſſiſſent*, *oſtenderunt*, *ſe ſuos habere cœtus ex legibus patriis jam inde ab initio*, *&* locum proprium, *in quo de* negotiis & controverſiis *inter ipſos ortis* judicium *ferunt; cumque à me petiiſſent*, *ut id ipſis facere liceret*, *eadem illis ſervari permittique decrevi*„

Cætera huc referenda decreta extant Antiquitatt. L. XIV c. 10 §§. 20-25. & c. 12 §§. 3. 4. 5.

§. 8.

19) *ſingulis* ſcilicet Judæis inter ipſas Romanorum legiones facienda: enimvero Judæorum auxilia, ſub ipſorum ducibus ſeorſim congregata ac poſita in Romanorum exercitu, faciendis ſingularibus expeditionibus bellicis magno uſui fuiſſe, multa cum bellicæ virtutis laude de illis ſupra n. 2. prædicavit Julius Cæſar. Cæterum notandum, quos hoc loco deprehendimus *à militia immunes* factos, ab eadem ſubſequutis temporibus, ſub Chriſtianorum Imperatorum imperiis, prorſus fuiſſe *excluſos*.

20) l. c. §. 17 p. 709.

## §. 8.

## DECRETA IMPERATORVM AVGVSTI († 17 P. C. N.) ET T. CLAVDII († 58 P. C. N.)

Avgvsto demum imperante, *Judæa* novam experiebatur viciſſitudinem, *Archelao* ſcilicet Ethnarcha Viennam relegato, in *provinciæ formulam* redacta & *Syriæ* addita. Nihilo tamen minus, ac publico civitatis ſtatu ita ſuppreſſo non obſtante, manſiſſe tamen gentem, autonomiæ ſuæ privatæ compotem, teſtantur ſequentia Decreta:

7) Cæſ. Avgvstvs -- *edicit:* 21) *Quandoquidem Judæorum gens non ſolum hoc tempore fida & grata P. R. inventa fuerit, ſed & multo ante, maximeque ſub Patre meo* Cæſare *Imp. & inprimis Pontifex M. Hyrcanus: placuit mihi & conſiliariis meis auctoratis, de ſententia Populi R. ut Judæi*



21) Auctor cit. in Antiquitt. L. XVI. c. 6 §. 2. p. 799. quibus conferri merentur §§. 3. 4. 5. 6. 7. Verba §. 8. quibus adverſus Græcos ſui temporis, tolerantiæ cauſſam defendit, digna ſunt, quæ tranſcribantur. „*Gens quidem nulla eſt*, inquit, *quæ tota eisdem utitur inſtitutis, ſed oppidatim diſcrepatur plurimum. At* jus ipſum omnibus ex æquo *homiuibus adcommodatur*, tam Barbaris utile, quam Græcis: cujus quidem rationem habentes maximam quæ apud nos ſunt leges, faciunt nos, eas recte modo obſervemus, cunctis hominibus benevolos ac amicos. Quamobrem par eſt, ut & iſta ab illis expetamus; neque nos arbitrari a ſe alienos debent alii, in eo, quod inſtitutis differamus, ſed id potius ſpectare, an ad virtutem & probitatem comparata ſint Hoc enim ad omnes communiter pertinet, ſolumque per ſe ſufficit ad tuendam hominum vitam.„

ſuis moribus uti *ex* patria *ipſorum* lege *ſinerentur*, *quemadmodum uſi fuiſſent tempore Hyrcani Pontificis ſummi Dei*, *neque eorum* donaria *attingerentur*, *ſed Hieroſolyma mitti permitterentur*, *& iis tradi*, *quibus eſſet recipiendi munus Hieroſolymis delegatum*: *neve cogerentur ad vadimonia præſtanda* Sabbatis, *aut quæ ante hæc fuerit præparatio ab hora nona*. *Quodſi quis furatus* ſacros eorum libros *aut* ſacram pecuniam, *ex cella* Sabbataria *aut ex* cella conclavium virorum, *compertus eſſet*, *pro* ſacrilego *haberetur*; *ejusque bona in publicum Populo Rom. addicerentur*.

8) *Tib.* CLAVDIVS *C.* -- *edicit*: 22) *Quoniam jam olim cognitum habuimus Judæos*, *qui in Alexandria ſunt*, *& Alexandrini appellantur*, *ſtatim ab urbe condita unacum Alexandrinis habitatum miſſos &* civitatis jus *ex* æquo *a Regibus conſequutos eſſe*; *id quod palam eſt ex reſcriptis eorum pariter & edictis*: *& poſtquam imperio noſtro per* Auguſtum *ſubjecta fuiſſet Alexandria*; *ſua illis integra manſiſſe jura*, *conſervata per miſſos illò diverſis temporibus præſides*, *nullamque de illo jure controverſiam motam fuiſſe*, *etiam quando Aquila præerat Alexandriæ*; *& cum mortuus eſſet Judæorum Ethnarcha*, *Auguſtum non vetuiſſe alios deinceps ethnarchas fieri*, *volentem eorum quemque ſubjici*, *ita tamen*, *ut* ſuis *uterentur* inſtitutis, *nec cogerentur* patriam religionem *violare*; *Alexandrinos autem*

22) l. c. Lib. XIX. c. 5. §. 2. p. 944. quæ jura ex Ejusdem decreto §. 3. commemorata, ad preces Herodis & Agrippæ, Regum ſibi amiciſſimorum ab ipſo dictorum, Judæis omnibus in Imperio Romano degentibus deinde fuere conceſſa.

*autem excitari contigit in Judæos, una cum illis habitantes, eo tempore, quo Cajus Caſar* (Caligula † *ſc.* A. C. 45.) *rerum potiretur, qui ex vehementi inſania & dementia, quod noluerit gens Judæorum quidpiam contra patriam religionem facere, ipſumque Deum appellare, eos mirum in modum depreſſerat: volo itaque nihil propter Caji amentiam illis detractum iri, quod Judæorum genti fuerit conceſſum, ſed jura quibus olim gaudebant, illis ſarta tecta manere*, patriis *in* moribus & inſtitutis *perſeverantibus; jubeoque ex utraque parte omnibus modis cavendum eſſe, ne ulla moveatur ſeditio poſtquam edictum hoc meum fuerit publicatum.„*

9) „Clavdivs — *Hieroſolymitarum Magiſtratibus Senatui populo, toti Judæorum genti S.* 23) *Quoniam Agrippa meus, alumnus meus & quem mecum habeo utpote* pientiſſimum, *veſtros legatos ad me adduxit, gratias agentes pro mea de gente veſtra cura & providentia, & enixe certatimque precatos, ut* ſtolam ſacram *atque* coronam *in veſtra poteſtate habeatis: concedo, quod petitis, quemadmodum — Vitellius fecerat. Huic autem veſtræ voluntati obſequutus ſum, inprimis quod id mihi mea ſuaſerit pietas, quodque voluerim, ut omnes Deum patrio ritu venerentur: &c.*

## §. 9.
## AC SVBSEQVVTORVM IMPERATORVM.

Tandem Vespasiano imperante funeſtiſſimum accidit A. C. 74. urbis cum gente *excidium*: quo facto quidem



23) l. c. L. XX. c. 1. p. 956.

dem omnis Judæorum terra fuit vendita, ipſorum civitas penitus ſublata, gens per univerſum Romanum orbem diſperſa, ſingulis ubicunque degentibus indictum *tributum*, quotannis, quemadmodum prius in *templum Hieroſolymitanum* conferendum erat, ita jam binas unoquoque drachmas in *Capitolium* inferre juſſo. 24) Ex Paganis Principibus plurimorum tamen imperia, inprimis illa ineuntis ſeculi tertii, fuiſſe in Judæos admodum propenſa, ex ſcriptoribus hiſtoricis ſatis conſtat: cujus tolerantiæ ſumma eo rediiſſe mihi videtur, ut priſcæ *Autonomiæ privilegium* in rebus *religionem* atque inde pendentem diſciplinam domeſticam concernentibus retinerent, in ceteris civilibus, ut *cives* Romani, & *jure* fruerentur *communi*. De conſtitutionibus hujus ævi pauca ſunt, quæ deprehendere licet in *Pandectis*.

10) l. 11. *ad l. Cornel. de Sicar.* ,,*Circumcidere Judæis filios ſuos tantum reſcripto D.* Pii (✝ A. C. 167.) *permitttitur: in* non ejusdem religionis *qui hoc fecerit, caſtrantis pœna irrogatur* ,,

11) l. 3. §. ult. *de Decurionibus.* ,,*Eis, qui Judaicam ſuperſtitionem ſequantur, Divi* Severus *&* Antoninus *honores adipiſci permiſerunt: ſed & neceſſitates eis impoſuerunt, quæ ſuperſtitionem eorm non lædorent.* 25)

12) *l.* 15. §. 6. *de Excuſat.* MODESTINVS ,,*Jam autem & Judæi* non Judæorum tutores *erunt, ſicut & reliqua adminiſtrabunt:* con-

24) IOSEPH. de *Bello Jud.* L. VII. c. 6. §. 6. p. 419.

25) cf. l. 7. §. 21. ff. de *de interdictis & releg.* Porro *Ev.* OTTO de *ſtatu Judæorum publico* ad l. 3. § fin. π. de Decurion. Ultraj. 1721. CVJACIVS in Opp. T. X p. 828 C. D.

*conſtitutiones enim in iis ſolis ſine moleſtia eos eſſe jubet, per quæ cultus inquinari videtur*„

13) *l.* 1. *C. de Judæis Imp.* ANTONIN. (*Caracalla*) *A. Claudio Tryphonino.* „*Quod Cornelia Salvia* univerſitati Judæorum, *qui in Antiochienſium civitate conſtituti ſunt, legavit, peti non poteſt. Dat. Prid. Kal. Jul.* Antonini A. 5. & Balbino *Coſs.* 214. 207. 26)

## PERIOD. IIda

## à CONSTANTINO M. — ad THEODOS. IIdum ET VALENTINIANVM IIItium

*A. C.* 315 - 329.

Ex Codice Theodoſiano.

## §. 10.

## CONSTANTINI M. ET SVCCESSORVM

Chriſtianorum Imperatorum hujus periodi primis ſub imperiis paululum omnino mutatus quidem fuit Judæorum ſtatus, adverſus ipſos eorumque ſectam ab eccleſia reprobatam *Chriſtianiſmi jam dominantis* religione alias atque alias novas dictitante conſtitutiones. Tales vero ipſas ad *Chriſtianiſmum* adverſus Judæorum injurias, temeritatem atque inſolentiam defendendum, *conſervandum* atque amplificandum potius, quam *deſtruendum Judaiſmum* fuiſſe datas, atque inde Judæorum quidem licentiam omni



26) cf. l. 20 *ff.* de *rebus. dub.* Cæterum ad hanc periodum addendus LAMPRIDIVS in *Alex. Severo* c. 22. „Judæis privilegia reſervavit, Chriſtianos eſſe paſſus eſt„

ni eoque graviſſimo modo cœrcitam, juſtam tamen libertatem atque autonomiam privatam hactenus uſitatam atque ab antiquo exercitam, unam alteramve modo exceperis reſtrictionem leviuſculam, denuò fuiſſe confirmatam, manifeſtum ſatis reddunt, quas jam prolaturi ſumus, conſtitutiones:

a) Constantini M.

14) L. 1. de *Judaeis Cœlicolis* &c. ad Evagrium d. a. 315.

„Judæis & *Majoribus* eorum & *Patriarchis* volumus intimari, quod ſi qui, qui poſt hanc legem aliquem, qui eorum *feralem* fugerit ſectam & ad Dei cultum reſpexerit, *ſaxis* aut alio *furoris* genere (*quod nunc fieri cognovimus*) auſus fuerit attentare, mox *flammis* dedendus eſt, & cum *omnibus ſuis participibus concremandus*: „

„ Siquis vero ex populo ad eorum *nefariam ſectam* acceſſerit, & *conciliabulis eorum ſe adplicaverit*, cum ipſis pœnas *meritas* ſuſtinebit „

15) l. 3. eod. *Decurionibus* Agrippinenſibus (ſ. Colonienſibus) d. a. 321

„Cunctis ordinibus generali lege concedimus, Judæos vocare ad *curiam*. Verum ut aliquid ipſis ad *ſolatium priſtinæ obſervationis*, 27) relinquatur, binos vel ternos, *privilegio perpeti*, patimur *nullis nominationibus occupari*„

16 l. 2.

27) Immunitas decurionatus Judæis quondam conceſſa inter præcipua referri meretur ipſorum privilegia, ac digna omnino, quæ reſtringeretur, ne ipſis Chriſtianis melioris fuerint Judæi conditionis.

16) l. 2. eod. ad *Ablavium PF. P.* d. a. 330

„Qui devotione tota Synagogis Judæorum *Patriarchis* 28) *vel Presbyteris* ſe dederunt, & in memorata ſecta degentes, *legi ipſi præſident*, *immunes* ab *omnibus* tam *perſonalibus* quam *civilibus muneribus* perſeverent: ita, ut illi, qui jam forſitan decuriones ſint, nequaquam ad proſecutiones aliquas deſtinentur: cum oporteat iſtiusmodi homines à locis, in quibus ſunt, nulla compelli ratione diſcedere. Hii autem, qui minime curiales ſunt, perpetua decurionatus immunitate potiantur„

17) l. 4 eod. Hiereis & Archiſynagogis & Patribus Synogogarum & ceteris, *qui in eodem loco deſerviunt*, de a. 331 cf. n. 16 præc.

18) l. 5 eod. ad Felicem PF. P. de a. 336

„Eum, qui ex *Judæo Chriſtianus* factus eſt, inquietare Judæos non liceat, vel aliqua pulſare injuria: &c„

19) l. 1. *ne Chriſtianum mancip.* ad *Felicem PF. P.* d. a. 336.

„Siquis Judæorum *Chriſtianum mancipium* vel cujuslibet alterius ſectæ mercatus *circumciderit*, *minime in ſervitute retineat circumciſum*: ſed libertatis *privilegiis*, qui hoc ſuſtinuerit, *potiatur*„ - -

b) Con-

28) *cf. Chr. W. Fr.* WALCHII *Hiſtoria Patriarcharum Judæorum*, quorum in libris Jur. Rom. fit mentio. Jen. 1752

b) Constantii

20) l. 6. de *Judæis* ad Evagrium d. a. 339

„Quod pertinet ad *mulieres*, quas Judæi in turpitudinis ſuæ *duxere* conſortium, in Gynecio noſtro ante verſatas, placet easdem reſtitui in Gynecio:„

„Idque in reliquum *obſervari*, *ne Chriſtianas* mulieres ſuis *jungant* flagitiis; vel, ſi hoc fecerint, capitali periculo ſubjugentur„

21) l. 2. *ne Chriſtianum mancipium*. ad eund. d. a. eod.

„Si aliquis Judæorum *mancipium ſectæ alterius ſ. nationis* crediderit comparandum, mancipium *fiſco* potius vindicetur. 29) - -

c) Valentiniani *Senioris* & Valentis

22) l. 2. de *metatis*. *Remigio* Magiſtro Officiorum d. a. 368

„In Synagogam Judaicæ legis, *hoſpitii velut merito*, inruentes jubeas emigrare: quos *privatorum domus*, non *religionum loca*, habitationum merito *convenit adtinere*„

d) Valentiniani Junioris

23) l. 3. de *Apoſtatis* ad Hypathium PF. R. de a. 382

„— 30) Siqui *defunctum* violatæ atque deſertæ Chriſtianæ religionis accuſat, eumque in ſacrilegia templorum vel

29) Quæ ſequuntur, ut & l. 7 eod. d. a. 327 ejusdem fere argumenti ſunt cum LL. nris 19 & 14 ſupra expoſitis, addita tantum gravioris pœnæ comminatione„

30) Principium *legis* ejusdem fere argumenti cum L. n. 14 exp.

vel in ritus JVDAICOS vel ad MANICHEORVM *dedecus* tranſiiſſe contendit, eaque gratia *teſtari minime* potuiſſe confirmat, intra quinquennium — proprias exerat actiones„

23) l. 99. *de Decurionibus* ad *Eund.* d. a. 383

„Juſſio, qua ſibi Judææ legis homines blandiuntur, per quam eis *Curialium munerum* datur *immunitas*, *reſcindatur*: 31) cum ne *clericis* quidem liberum ſit, prius ſe divinis miniſteriis mancipare, quam Patriæ debita univerſa perſolvant. Quisquis igitur verè Deo dicatus eſt, *alium inſtructus facultatibus ſuis, ad munera pro ſe complenda conſtituat*„ 32)

## §. 11.

## THEODOSII

24) l. 5. de *contrah. emt.* Cynegio PF. Pr. de a. 384.

„— — 33) „Si qui apud Judæos vel adhuc *Chriſtiani ſervi* vel *ex Chriſtianis Judæi* reperti fuerint, ſoluto per Chriſtianos competenti precio, ab indigna ſervitute redimantur„

26) l. 5 ad leg. Jul. *de adulter.* & l. 2 *de nupt.* de a. 388 *ejusdem* fere argumenti ſunt cum n. 20. addita in tale matrimonium ſ. cum Chriſtiana muliere ſ. cum Chriſtiano initum, adulterii pœna.

26) l. 16

31) Igitur penitus ſublata, quæ ſupra n. 16 tantum reſtricta.

32) Notatur hic locus ad cauſſam *immunitatis clericorum*.

33) Principium l. fere idem ac l. n. 21 exp.

27) l. 18 de *Navicularii*s Alexandro PF. Auguſtali de a. 390

„Judæorum *corpus*, ac Samaritanorum, ad naviculariam functionem *non jure* vocari cognoſcitur. Quicquid enim *univerſo corpori* videtur indici, nullam *ſpecialiter* poteſt obligare *perſonam*: unde, ſicut *inopes*, *vilibusque commerciis occupati*, 34) naviculariæ translationis munus obire non debent, *ita* idoneos facultatibus, qui ex his corporibus deligi poterunt, ad prædictam functionem haberi non oportet *immunes*„

28) l. 8 de *Judæis*. *Tatiano* PF. P. de a. 392.

„Judæorum querelae, quosdam auctoritate *judicum recipi in ſuam ſectam*, *reclamantibus* legis ſuæ *primatibus*, adſeverant, quos ipſi *judicio ſuo ac voluntate* projiciunt: quam omnino ſubmoveri jubemus injuriam: nec eorum in ea ſuperſtitione ſedulus cœtus, aut per vim judicum, aut reſcripti ſubreptione, invitis Primatibus ſuis, (quos, virorum *Clariſſimorum & Inluſtrium Patriarcharum* arbitrio, manifeſtum eſt habere ſuam de religione ſententiam) 35) opem reconciliationis mereantur indebitæ„

28) l. 9

34) notetur ex hoc ævo *Judaicum* vitæ genus.

35) Quod adverſus aliorum injurias *Judæis* à *Chriſtiano Principe* juſte hoc loco vindicatum fuit jus. idem in Imperio ſtatuendum, ab Catholicis quondam fruſtraneo cum labore voluiſſe Evangelicos, monuit *Ill. D. Præſes*: geiſtliches Staatsrecht I Th §. 24 S. 50. 51. & uberius expoſuit *Perill. & Cel.* MOSER. Abhandlungen aus dem T. Kirchenrechte, N. IV. p. 127 & ſeqq.

29) l. 9. eod. Addeo Com. & Magiſtro utriusque militiæ per Orientem d. a. 393

„Judæorum ſectam nulla lege prohibitam, ſatis conſtat. Unde graviter commovemur, interdictos quibusdam locis eorum fuiſſe *conventus*. Sublimis igitur Magnitudo Tua hac juſſione ſuſcepta, *nimietatem* eorum, qui ſub Chriſtianæ religionis nomine inlicita quæque præſumunt, & deſtruere Synagogas atque expoliare conantur, congrua ſeveritate cohibebit„

30) l. 7. Cod. *Juſt.* de Judæis. *Infantio* Com. Orientis d. a. 393

„Nemo Judæorum *morem ſuum in conjunctionibus retineat*, nec juxta *legem ſuam nuptias* ſortiatur, nec in *diverſa ſub uno tempore conjugia* conveniat„ 36)

## §. 12.

## ARCADII et HONORII

### A. Arcadii

31) l. 10 de *Judæis.* ad Judæos. d. a. 396

„*Nemo exterus religionis* Judæorum *Judæis* precia ſtatuet, cum venalia proponentur. Juſtum eſt enim ſua cuique committere. Itaque Re-

### B. Honorii

Ad l. 157 & 158. de *Decurionibus* de a. 398 vid. nr. 35.

36) l. 14. de *Iudaeis* & *Cœlicolis* d. a. 399 Meſſalæ PF. P.

„Superſtitionis indignæ eſt,

 ctores

36) Cauſſæ igitur Judæorum matrimoniales ab ipſorum autonomia hac lege fuere exceptæ & juri communi civili Romano ſubjectæ.

ſtores Provinciæ vobis nullum diſcuſſorem aut moderatorem eſſe concedent. Quod ſi qui ſumere ſibi curam, *præter vos proceresque veſtros*, audeat, tum, velut aliena adpetentem, ſupplicio coherceri feſtinent„

32) l. 11. eod. ad *Claudianum* Com. Orientis de a. 396.

Si quis audeat *Inluſtrium Patriarcharum* contumelioſam per publicum facere mentionem, ultionis ſententia ſubjugetur„

Quæ ſequuntur, l. 12 & 13 *eod.* ejusdem fere argumenti ſunt cum LL. nris 28 & 16. ſupra expoſitis. 37)

33) l. 2. de *his, qui ad eccleſias.* Archelao PF. P. de a. eodem.

„Judæi, qui, *reatu aliquo* ut *Archiſynagogi ſ. Presbyteri Judæorum, vel* quos ipſi *Apoſtolos* vocant, qui ad exigendum aurum atque argentum à *Patriarcha* certo tempore diriguntur, à ſingulis *Synagogis* exactam ſummam atque ſuſceptam ad *eundem* reportent. Qua de re, omne quicquid conſiderata temporis ratione confidimus eſſe collectum, fideliter ad *noſtrum* dirigatur *Aerarium*. De cœtero autem nihil *prædicto* decernimus eſſe mittendum. Noverint igitur populi Judæorum, removiſſe nos deportationis hujusmodi functionem„

37) l. 16. eod. d. a. 404 *Romuliano* PF. P.

„Judæos, & Samaritanos, qui ſibi *Agentum in rebus* vel

37) Inprimis notandum ex l. 13 cit. immunitatis privilegium *venerandæ Chriſtianæ legis primorum Clericorum* ad analogiam l. n. 23 exp. cum *Archiſynagogis Patriarchisque, ac Presbyteris cœterisque fuiſſe communicatum, qui in ejus* (Judaica) *religionis ſacramento verſantur.*

vel *debitis* fatigati, ſimulant ſe *Chriſtianæ legi* velle conjungi, ut ad *Eccleſias* confugientes vitare poſſint *crimina*, vel *pondera debitorum*, arceantur: *nec ante* ſucipiantur, quam *debita univerſa reddiderint*, vel fuerint *innocentia demonſtrata purgati*„ 36)

34) l. 10. de *Iurisdictione* ad Eutychianum PF. P. de a. 398.

„Judæi, *Romano & communi jure viventes*, de *his* cauſſis, quæ non tam ad *ſuperſtitionem* eorum, quam ad *forum* & *leges* ac *jura* pertinent, adeant ſolenni jure *judicia*, omnesque *Romanis legibus* inferant & excipiant actiones: *poſtremo* ſub legibus *noſtris* ſint.

*privilegio* blandiuntur, omni *militia* privandos eſſe cenſemus.

38) l. 3. de *feriis* d. a. 409 *Joanni* PF. P. & l. 8 de *Execut. & Exact.* de. 412. Eidem.

„*Die Sabbati* ac reliquis, ſub tempore, quo *Judæi* cultus ſui reverentiam ſervant, neminem (*Judæorum ſc.*) aut facere *aliquid* aut ulla ex parte *conveniri* debere præcipimus; cum fiſcalibus commodis & litigiis privatorum, conſtat reliquos dies poſſe ſufficere„

Ad l. 20. de *Judæis & Cælic.* d. a. 412. vid. nros 28 & 38. ut & ad l. 23 eod. t. d. a. 416 nrum 33.

„Sane

36) Memorabile juſtitiæ exemplum, admodum alienum ab injuſtis aſylorum abuſibus, v. c. 6. X. de immunitate eccleſ. & praxin noviorum temporum, de qua videſis LEHMANNI acta de *pace religionis*, p. 713.

„Sane, ſi qui per *compromiſſum* ad ſimilitudinem *arbitrorum*, apud *Judæos vel Patriarchas*, ex conſenſu partium, in *civili* duntaxat *negotio*, putaverint litigandum, ſortiri eorum judicium jure publico non vetentur. Eorum enim ſententias provinciarum Judices exequantur, tanquam ex ſententia Cognitoris arbitri fuerint attributi;„ 37)

35) l. 165 de *Decurionibus* d. a. 399 Eutychiano PF. P.

„Quicunque ex Judæis

39) l. 24 eod. t. d. a. 418 *Palladio* PF. P.

„In Judaica ſuperſtitione viventibus adtemptandæ de cetero *militiæ aditus obſtruatur*. Quicunque igitur, vel inter *Agentes in rebus* 38) vel inter *Palatinos* militiæ ſacramenta ſortiti ſunt, percurrendæ ejus & legitimis ſtipendiis terminandæ remittimus facultatem ignoſcentes facto potius, quam faventes. In poſterum vero non liceat, quod in præſentia paucis volumus relaxari, ob-

37) Inde igitur liquet, Judæorum *avtonomiam*, cum *autodikia* conjunctam, ad ſolas *religionis cauſſas* atque eo pertinentem diſciplinam domeſticam, *tùm temporis* fuiſſe reſtrictam. Duo vero potiſſimum ſunt & accedunt, quæ heic notari merentur. *Alterum*, quod in reliquis cauſſis civilibus *Romano*, & cum ceteris civibus *communi*, jure frui Judæis licuit; *alterum*, quod iisdem & in ejusmodi cauſſis uti datum fuit ipſorum Magiſtratuum ſ. *Rectorum eccleſiaſticorum arbitriis:* quippe quæ erant eadem formula indulta & *Chriſtianorum epiſcopis:* qua de re inprimis legi meretur *H. M.* HEBENSTSEIT in eruditè conſcripta *hiſtoria jurisdictionis eccleſiaſticæ ex legibus utriusque codicis illuſtrata.* Diſſert. IIdæ (Lips. 1776) §§. 12. 13. Cæterum huc confer. l. 7. 8. *C. Juſt. de Epiſcop. Aud.* de eodem anno & a. 404.

38) v. *Paratitl.* ad L. VI. Tit. 27. *edit. Ritter.* T. II. p. 163.

obnoxii curiæ comprobantur, curiæ mancipentur„

L. 15. de *Judæis & Cælic.* de a. 404 ejusdem fere argumenti eſt ac l. ſupra nro 16 cit.

Illosce autem, qui, gentis hujus perverſitate devincti, *armatam* probantur adpetiſſe militiam, abſolvi cingulo ſine ambiguitate decernimus, nullo veterum meritorum patrocinante ſuffragio. Sane Judæis, *liberalibus ſtudiis* inſtitutis, exercendæ *advocationis* non intercludimus libertatem: & uti eos *curialium munerum honore* permittimus, quem *praerogativa natalium, & ſplendore familiae* ſortiuntur. Quibus cum debeant iſta ſufficere, *interdictam militiam* pro *nota* non debent æſtimare„

§. 13.

40) *Privilegii* loco, Judæis quondam conceſſa fuit *militiæ immunitas.* v. ſupra n. 5. §. 6. Poſtea, mutato more, ejusdem militiæ ſtudioſis jam tandem hac lege fuit fere omnis generis militia interdictum. Cæterum ex *Commentario* ad h. l. T. V. p. 265 edit. *Ritter.* „*notandæ hac lege* duæ *ſingulares* differentiæ. Prior, *inter* palatinam *militiam* & armatam: *Illam Judæus retinere & terminare poteſt: hanc non item.* Poſterior, *inter* militiam *quamcunque ſ. palatinam ſ. militarem, &* advocationis curiæque munus: *illa Judæus arcetur, at non iſta*„ De *curialium munerum* honore cf. l. 7 §. 21 ff. de *interdictis & relegat.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-351146245-18

## §. 13.

## THEODISII *Jun.* & VALENTINIANI *Tertii.*

### A. Theodosii *Jun.*

40) l. 18. eod. tit. d. a. 408. *Anthemio* PF. P.

„Judæos, quodam feſtivitatis ſuæ ſolemni, *Aman, ad pœnæ quondam recordationem*, incendere, *& S. Crucis* adſimulatam ſpeciem, in contemtu Chriſtianæ fidei ſacrilega mente, exurere, Provinciarum Rectores prohibeant, ne locis ſuis fidei noſtræ ſignum immiſceant, ſed ritus ſuos infra contemtum Chriſtianæ legis retineant: amiſſuri ſine dubio *permiſſa hactenus*, niſi ab inlicitis *temperaverint* „

Ad l. 21 h. t. de a. 412. vide nros 28. 34.

41) l. 22. eod. tit. ad a. 415. *Aureliano* PF. P.

„Quoniam *Gamalielus* exiſtimavit, ſe poſſe impune delinquere, quod magis eſt ere,

### B. Valentiniani *Tertii.*

43) l. 28. eod. Tit. d. a. 426. Basso PF. P.

„Si *Judæi* vel *Samaritæ* filius filiave, ſ. unus aut plures ad *chriſtianæ* religionis lucem de tenebris propriæ ſuperſtitionis -- migraverit, non liceat eorum parentibus, patri vel matri, avo vel aviæ exhæredare, vel *in teſtamento ſilentio præterire*, vel minus aliquid eis relinquere, quam poterant, ſi ab inteſtato vocarentur, adipiſci. Quodſi ita forſitan evenerit, jubemus, eum ab inteſtato, *reſciſſa voluntate*, ſuccedere: libertatibus, quæ in eodem teſtamento datæ fuerint, ſi intra legitimum numerum ſunt, ſuam obtinentibus firmitatem „

„Si quid maximum *crimen* in matrem patremve, avum vel

ctus *faſtigio dignitatum*, Inluſtris *Auctoritas tua* ſciat, *Noſtram Serenitatem* ad virum Inluſtrem Magiſtrum Officiorum direxiſſe præcepta, ut ab eo *codicilli* demandentur *honorariæ Præfecturæ*: 39) *ita, ut* in eo ſit honore, in quo ante Præfecturam fuerat conſtitutus, ac deinceps *nullas condi* faciat *Synagogas*,,

„Et, ſi quæ ſint in *ſolitudine*, ſi ſine *ſeditione* poſſint *deponi*, perficiat,, 40)

aviam *tales filios vel nepotes* commiſiſſe aperte potuerit comprobari, manente in eos *ultione legitima*, ſi accuſatio interea jure proceſſerit, *parentes* tamen, ſub tali elogio, cui ſubpeditabunt probabilia & manifeſta documenta, ſolam eis *Falcidiam* debitæ ſucceſſionis relinquant: ut hoc ſaltim *in honorem religionis electæ* meruiſſe *videantur: manente (ut diximus)* criminum, *ſi probata fuerint*, ultione.

„ Et ut *Chriſtianos* nullam habeat copiam judicandi. Et ſi qua inter *eos* ac *Judæos* ſit *contentio*, a *Rectoribus provinciæ* dirimatur,, 41)

De reliquo hujus legis argumento v. nrum 19. ut & de l. 4. ne *Chriſtianum mancip.* de a. 417. l. 26. & l. 27. eod. tit. nros 19. & 28.

42) l. ult. eod. tit. d. a. 429. Ioanni *Com. Sacr. Largit.*

„ Judæorum *primates*, qui in utriusque Palæſtinæ Synedriis nominantur, vel in aliis Provinciis degunt, quæcunque

39) Omnium in Rom. Imperio honorum faſtigium, quo hactenus habitus non fuit indignus Judæus.

40) cf. n. 28.

41) Ita hoc loco limitata ſuiſſe videtur l. ſupra n. 34 allata.

cunque poſt *exceſſum* Patriarcharum 42) penſionis nomine ſuſcepere, cogantur exſolvere. In futurum vero, *periculo eorundem, (ſc. Primatum) anniverſarius canon* de Synagogis omnibus, Palatinis compellentibus, exigatur, ad eam formam, quam *Patriarchæ* quondam, *coronarii auri* 43) nomine poſtulabant: quæ tamen quanta ſit, ſollerti inquiſitione diſcutias: & quod de *Occidentalibus* partibus *Patriarchis* conferri conſueverat, *noſtris* largitionibus inferatur,,

C) PERIOD. III$^{tia}$

à THEODOSIO *Jun.* ad tempora IVSTINIANI

A. C. 429 — 549.

ex Codice & Novellis Juſtinianeis deſumta.

§. 14.

REMISSIONES.

Leges *Codicis* JVSTIN. 1 - 18. de *Judæis* & *Cælicol.* ut & l. 1. *ne Chriſtianum mancipium.* l. 26. *de paganis.* l. 1. *de his*

42) Ex hac & altera n. 41 allata lege igitur liquet, hujus dignitatis *extinctionem* incidiſſe intra annos $\frac{415}{429}$

43) Conf. CVJACIVS in Opp. T. II. p. 780. ZORNIVS *in D. Anti-Baroniana* l. in nummum argenteum Imper. Nervæ Cocceji, *de fiſco Judaico ejusque calumnia SC ſublata* 1732. 4. ſ. *Hiſtoria fiſci Judaici* cum Diſs. de Patriarcharum auro coronario ſ. Canone anniverſario in Cod. Theodoſiano & Juſtinianeo. Alton. & Flensb. 1734. 8. LOCHNER, *de reſervato Imperatoris, exigendi aurum coronarium a Judæis etiam in aliorum ſtatuum Imperii terris degentibus*, Altd. 1750. 4.

*his qui ad eccleſias.* l. 1. 2. & 5. de *Apoſtatis.* l. 56. §. 3. de *Epiſc. & Cler.* ex Codice *Theodoſiano* repetitas non eſt quod denuo repetamus. Quodſi has hactenus recenſitas cum illis comparaveris, facile deprehendes, in repetitis conſtitutionibus hinc inde factas eſſe & *mutationes* & *mutilationes:* quæ vero adeo magni momenti non eſſe mihi videntur; SOLA l. 8. *C. Juſt.* de *Judæis* EXCEPTA, cujus ex *vulgata lectione*, quæ voculam *non* omittit, autumaveris, hac lege ARCADII n. 34 allata, repetita quidem ſed mutilata, IVSTINIANVM Judæos & in ipſis cauſſis, ipſorum *Sacra* & inde pendentem diſciplinam concernentibus, non minus quam in ceteris, *juri Romano communi* voluiſſe eſſe ſubjectos; plane ipſis adempto, quo hactenus fruebantur, *Sacrorum* Autonomiæ jure. Verum enimvero illam particulam nequaquam de induſtria fuiſſe a *Triboniano* eliminatam, atque librariorum potius ſola excidiſſe incuria, ac proinde vulgatam Codicis *Juſtin.* lectionem ex norma Theodoſiani eſſe emendandam, multi jam monuere Viri eruditi, ex quibus unicum FISCHERVM ſupra jam laudatum (§. 35. p. 43. Diſſertat. cit) nominaſſe ſufficiat.

Cæterum de hac ultima Romanorum periodo in univerſum, atque inprimis de IVSTINIANI imperio obſervare licet, non modo in hoc *novo* juris Romani codice, ex *antiquis* in Judæos conſtitutionibus, vix ac ne vix quidem unicam in ipſorum favorem fuiſſe mutatam, multas e contrario cum multorum, quibus hactenus fruebantur, jurium diſpendio, omiſſas, verum etiam ex *novis* ſubinde

 datis

datis conſtitutionibus indies deterioris, hinc inde durioris illos factos fuiſſe conditionis: id quod manifeſtum reddunt ſequentes leges.

## §. 16.
## NOVAE LEGES EX CODICE ET NOVELLIS IVSTINIANEIS.

Theodosii *Jun.* & Valent. III.

44) l. 19. C. *de Iudæis & Cœlic.* d. a. 439. Florentio PP.

„Hac valitura in omne ævum lege ſancimus, neminem *Iudæorum*, quibus *omnes adminiſtrationes & dignitates* interdictæ ſunt, nec *defenſoris civitatis* fungi ſaltem officio, nec *patriæ honorem* arripere concedimus: nec adquiſiti ſibi officii auctoritate muniti, adverſus *Chriſtianos* & ipſos plerumque ſacræ religionis *Antiſtites*, veluti inſultantes fidei noſtræ, *judicandi vel pronunciandi quamlibet habent poteſtatem*„

„§. 1. Illud etiam pari conſideratione rationis arguentes, præcipimus, ne qua (Judaica) *ſynagoga* in *novam* fabricam ſurgat: *fulciendi veteres* permiſſa licentia, quæ ruinam minantur„

„§. 2. Quisquis igitur, vel infulas accepit, quæſitis dignitatibus non potiatur: vel (*ſi*) ad officia vetita irrepſerit, ab his penitus repellatur: vel (*ſi*) Synagogam extruxerit, compendio *Catholicae* eccleſiæ noverit ſe laboraſſe. Et qui ad *honores* & (dignitates) irrepſerit, habeatur, ut

antea

antea conditionis extremæ, etſi honorariam (illicitè) promeruerit dignitatem. Et qui Synagogæ ſabricam cœperit, non ſtudio reparandi, cum damno L. librarum (auri) fraudetur auſibus ſuis. Cernat præterea bona ſua proſcripta, mox pœnæ ſanguinis deſtinandus, (*quaſi*) *qui fidem alterius* expugnavit *perverſa doctrina. Dat. Pr. Kal. Febr. Theodoſ. A. 17. & Feſto Conſs.*

Leonis & Anthemii.

45) l. ult. C. de *Poſtulando* d. a. 468. *Nicoſtrato* P. P. coll. l. 15. de *Epiſc. And.*

„Nemo vel in foro magnitudinis tuæ vel in provinciali judicio vel apud quemquam judicem accedat ad *Togatorum* conſortium, niſi Sacroſanctis *Catholicæ Religionis* fuerit imbutus myſteriis. Sin autem aliquid quoquo modo vel quadam machinatione factum vel attentatum fuerit: officium quidem ſublimitatis tuæ centum librarum auri jacturam pro condemnatione ſuſtineat: idem vero, quicunque auſus fuerit contra providum Noſtræ ſerenitatis decretum, *officium advocationis* per ſubreptionem arripere, & prohibitum patrocinium præſtiterit, ab advocationis officio remotus, ſtylum proſcriptionis atque perpetui exilii ſpecialiter ſuſtinebit: ſcituris etiam *provinciarum rectoribus*, quod is, ſub cujus *adminiſtratione* aliquid hujusmodi fuerit attentatum, partis bonorum dimidiæ proſcriptionem, & pœnam exilii per quinquennium ſuſtinebit. *Dat. Pr. Kal. Apr.* Conſtantinop. Anthemio *A. 2. Conſ.*"

Justini.

46) l. 12. C. de *Heret.*

„Manichæi *undique expelluntor & capite puniuntor*:"
„reliqui autem *haeretici* (*haereticus eſt omnis non orthodoxus*) & *Graeci* (ſ. pagani) & *Iudaei* & *Samaritae* prohi-

 bentur

bentur *magiſtratum* gerere *& dignitatem* habere, aut *jus dicere*, aut *defenſores*, *aut patres civitatum* fieri, (ne habeant licentiam vexare aut judicare Chriſtianos, aut Epiſcopos) „

„Item *militare* quoque prohibentur, præterquam ſi ex genere *cohortalinorum* 46) ſunt: hi enim manent, onera quidem ſuſtinentes: non offendentes autem, neque in orthodoxos quid exequentes in publicis vel privatis cauſis. — Excipiuntur *Gothi*, qui fiunt Fœderati, & aliter, prout viſum Imperatori fuerit, honorantur.„

47) l. 13. eod. tit.

„*Hæretici* patres nihil habentes *legitimum* quo accuſent orthodoxos filios, coguntur *præter facultates ſuas* etiam *alimenta* erogare illis & *reliqua neceſſaria*, & *conjungere* (in matrimonium) *orthodoxis* & dare *dotes* & *antenuptiales* donationes, providentia Præſidum & Epiſcoporum.„

„§. 1. *Orthodoxi filii hæreticorum, qui nihil deliquerunt in parentes*, illibatum accipiunt & indeminutum, quod eis *ab inteſtato* competit, & adverſus hæc facta *ultima voluntas infirmatur*; conſervatis libertatibus, niſi aliqua lege prohibeantur.„

„Si vero quid deliquerint in parentes, accuſantur & puniuntur. Habent autem & cum deliquerint, quartam facultatum ipſorum (partem) *teſtamento facto*. 47)

§. 2. „Eadem & *in Judæis* & *Samaritis* obtinent„

§. 16.

46) v. T. II. Cod. *Theod.* ed. Ritter. p. 394.

47) cf. l. ſupra cit. nro 44.

## §. 16.

### CONTINVATIO

*Hæreticos* ex Chriſtianis, & Judæos & Samaritas ſibi invicem tùm temporis *paſſim* æquiparatos atque pari odio mactatos fuiſſe, ex legibus modo adductis, ſatis apertè liquet. Nihilo tamen minus, *quascunque* conſtitutiones adverſus *haereticos*, 48) qui l. 2 §. 2 C. de *Haereticis* & *Manichaeis* & *Nov.* CIX *Praef.* ſatis diſtincte fuerunt definiti, ut & alias, adverſus *Samaritas* 49) vel alios *Non-chriſtianos*, quamvis *Judaei* nominatim non fuerint expreſſi, in iſtos tamen ipſos extendendas eſſe, equidem aſſeverare haud auſim.

Etenim *Samaritas* 50) ſub Chriſtianorum Imperatorum imperiis durioris conditionis fuiſſe, quam *reliquos* Judæos: neque etiam *hos* ipſos apud Chriſtianorum magiſtratus in tanto fuiſſe odio, quanto premebantur *haeretici*, ex pluribus locis legum ac hiſtoriarum conſtat, ac dudum monuere CVJACIVS in Opp. T. III p. 458 B. & GOTHO-FRE-

48) vid. inpr. tit. C. de Hæreticis. & Nov. CIX.

49) vid. inpr. præter tit. C. modo citatum Nov. CXIX & CXLIV.

50) de hujusmodi ſectæ Judaicæ reliquiis, quæ adhuc ſuperant, vid. C. Fr. SCHNVRRERI, Prof. in hac Academia longe celeberrimi, Prorectoris h. t. Magnifici, Samaritaniſcher Briefwechſel: quod ſcriptum extat in collectione ſub *tit.* Repertorium für bibliſche und morgenländiſche Litteratur P. IX.

FREDVS ad l. 16 *Cod. Theod.* de Judæis (T. VI p. 254 ed. Ritter.) 51)

Igitur l. 2 & 3 de *Haereticis*, ubi his interdictum fuit illis ipſis libertatibus, quibus frui Judæis licebat, ut & l. 17. 18. 19. *eod. tit.* cum ceteris LL. in univerſum, quæ nonniſi adverſus *haereticos* fuere conſtitutæ, huc pertrahendas eſſe, valde dubito. Quæ quum ita ſe habeant, illam quoque Authenticam *Item privilegium dotis* C. de *Haereticis*, de *his* tantummodo loquentem mulieribus, *quae Catholicam non participant communionem*, & de ipſis *mulieribus Judaeis*, ex mente ſcilicet JVSTINIANI quonam jure intelligendam eſſe exiſtimaverint magni nominis Jurisconſulti v. gr. PVFFENDORF, 52) videant alii me multo ſagaciores legum interpretes: præſertim quodſi a) *legem* comparaveris cum Nov. CIX & ejus præfatione, unde *authentica* eſt deſumta; deinde b) ipſius *argumentum* cum l. 8 C. de *Judæis* ex Codice Theodoſiano repetita; ac denique c) cauſſam ipſam, ſcilicet *dotis*, quæ qualis apud Chriſtianas mulieres eſt, pro tali vix ac ne vix quidem haberi poteſt apud Judæas.

Mihi igitur hoc loco pro inſtituti ratione addendæ videntur leges nonniſi ſequentes:

JVSTI-

51) cf. etiam BERTACHINVS in *Repertorio juris* ſub voce *Judæus*.

52) in *Obſervatt.* CCVIII T. I. p. 235: *diſſentit* autem L. B. de SENCKENBERG in Diſſ. de *jure ac privilegio dotis illatorumque in concurſu creditorum, in ſpecie quoad mulieres Judæas.* Gieſſ. 1730. 4. & BECK in tr. de *jure Judæorum* c. 14 p. 391.

JVSTINIANI

48) l. 21 C. de hæreticis. de a. 532 *Joanni* P. P.

„Quoniam multi *Judices* in dirimendis litigiis nos interpellaverunt, noſtro indigentes oraculo, ut eis referetur, quid *de teſtibus hæreticis* ſtatuendum ſit, utrumne accipiantur eorum teſtimonia, an reſpuantur, ſancimus *contra orthodoxos* quidem *litigantes* nemini *hæretico*, vel his etiam, qui *Judaicam ſuperſtitionem* colunt, eſſe in teſtimonia communionem: ſive utraque pars orthodoxa ſit, ſive altera.„

„*Inter ſe* autem, *haereticis* vel *Judæis*, ubi litigandum exiſtimaverint, concedimus fœdus permixtum & dignos litigatoribus etiam teſtes introducere: exceptis ſcilicet his, quos vel *Manichaicus furor* (cujus partem & *Borboritas* eſſe manifeſtum eſt) vel *Pagana* ſuperſtitio detinet. *Samaritis* nihilominus, & qui illis non abſimiles ſunt, *Montaniſtis* & *Taſcodrogitis* & *Ophitis*: quibus pro reatus *ſimilitudine omnis legitimus actus interdictus eſt.*„

„Sed his quidem *i. e. Manichæis*, *Borboritis* & *Paganis*, nec non *Samaritis* & *Montaniſtis* & *Taſcodrogitis* & *Ophitis* omne teſtimonium ſicut & alias legitimas converſationes ſancimus eſſe interdictum.„

„*Aliis* vero *hæreticis* tantummodo *judicalia* teſtimonia contra *orthodoxos*, ſecundum quod conſtitutum eſt, volumus eſſe inhibita. *Cæterum teſtamentaria* teſtimonia eorum modo nominatorum, & quæ in *ultimis elogiis* vel in *contractibus* conſiſtunt, propter *utilitatem neceſſarii uſus*, eis ſine ulla diſtinctione permittimus, ne *probationum facultas* ANGVSTETVR„

49) Nov. XLV. *Joanni* P. P. iterum Exconſuli & Patricio

„Verbum quoddam nobis tua retulit eminentia, quosdam inter *curiales* eſſe *Judæos* forte aut *Samaritas* aut *Montaniſtas* aut



aliter

aliter *reſpuendos* homines, & quoniam Hæreticos odio habemus, putant per *illam occaſionem* liberi *curialium* eſſe *functionum*, & quæ competunt his, declinare„

„Nos igitur mirati ſumus, ſi *ſapientia* & *acumen tuum* tales eorum pertulit rationes, & *non repente* talia dicentes *dilacerasti.* Si enim homines quidam ſunt, qui quidem putant propter noviſſimam abſurditatem illa promereri ſe præmia, quæ ſolis maximis dignitatibus reſervavimus, quis non eorum habeat exoſam inverecundiam & ſtultitiam?„

„Quapropter *curiam exerceant hujusmodi* homines & nimis ingemiſcentes, & *curialibus functionibus*, ſicut etiam *officialibus*, ut *dudum ſancitum* eſt: 53) *& nulla religio ab ejusmodi eos excipiat fortuna.* (Horum enim nihil neque *antiquorum qualibet legum*, neque *Novellarum dictum eſt.*) Indigni tamen *curiali* ſint *honore*; & quoniam *leges* plurima *curialibus* præbent *privilegia*, & ut *non cædantur*, neque *ad aliam ducantur provinciam*, & *alia* plurima, *horum nullo* fruantur: ſed ſi quid ſcriptum eſt de *curialibus*, quod non confert *privilegium*, hoc etiam *in his* valeat, & compleant *corporalia & pecuniaria munera*, & nulla ab his eripiat *eos* lex: *honore* vero fruantur *nullo*, ſed ſint in *turpitudine fortunæ*, in qua & *animum volunt eſſe*„

50) Nov. CXXXI. cap. 14.

„Si orthodoxus *poſſeſſionem* habens in qua eſt & *ſancta eccleſia*, *alienaverit* aut *reliquerit* aut *per emphyteuſin* aut per *conductionem* aut *quamlibet gubernationem hanc* dederit *Judæo* aut *Samaritano*, aut *Ariano* aut *alii hæretico*: ſancta *eccleſia* ejusdem vici hujusmodi vindicet *proprietatem alienationis.*„

„Si quis autem *hæreticorum* (quibus etiam connumeramus *Neſtorianos*, & *Acephalos* & *Eutychianiſtas*) præſumſerit *ſpeluncam*

53) conf. n. 35.

*cam ſuæ incredulitatis* ædificare, aut *Judæi* novam *Synagogam* conſtituere, 54) locorum *S. eccleſia* ædificia ſuæ proprietati *defendat. Si* vero quis per emphyteuſin aut conductionem aut etiam per quamcunque aliam gubernationem dederit poſſeſſionem *hujusmodi perſonæ*: ſi quidem *ſciebat* dominus poſſeſſionis ejus, quia *hæretico* hanc commiſit, omnes reditus illius temporis, quod in contractu tranſiit, *eccleſiæ civitatis*, ſub qua *poſſeſſio conſtituta eſt*, vindicari„

„Si vero *ignorabat* dominus poſſeſſionis, quia *hæreticus* erat cui hæc commiſſa eſt, ipſum quidem dominum propter ignorantiam indemnem ſervari: *hæreticum* vero *in utroque caſu* expelli de poſſeſſionibus & ejus ſubſtantiam applicari fiſco„

51) Nov. CXLVI 55)

„Neceſſarium quidem *Hebræos* ſacros audientes libros *non ſolis litteris* adhærere, *ſed* ad reconditas eis prophetias reſpicere, per quas magnum Deum & Salvatorem generis humani Jeſum Chriſtum annunciant. Sed etiam ſi *inſenſatis* ſemet ipſos *interpretationibus* tradentes, à recta uſque nunc aberraverunt gloria; *tamen* certare ad invicem diſcentes ipſos, non ſuſtinuimus ſine judicio eis relinquere tumultum. Per has enim ipſorum quæ nobis adductæ ſunt προσελεύσεων dicimus, quod quidem ſolam habentes *Hebraicam vocem*, & ipſa uti *in ſacrorum librorum lectione* vo-

F 2 lunt,

54) conf. nr. 44. 41. 29.

55) Famoſa illa novella eſt, quæ & in *re critica* N. T. argumentum ſuppeditat adverſus eos, qui *Chriſtum*, *Apoſtolos* & *omnes Judæos* græce loquutos fuiſſe, ſibi perſuaſerint, ut *Dominicus* DIODATVS ICtus Neapolit. in *Exercit*: *de Chriſto Græce loquente*. Neap. 1767. 8 quem perſtrinxere b. ERNESTI, N. Th. Bibl. I B. I St. Leipz. 1771 S. 269 & DE ROSSI in diſſert. *della lingua propria di Chriſto* &c Parma 1772. 8. ſed manum de tabula!

lunt, nec *Græcum* tradere dignantur, & multum dudum tempus pro hoc ad invicem commoventur.

„Nos igitur *hujusmodi diſcentes* meliores judicavimus eſſe & *Græcam vocem* ad ſacrorum librorum lectionem tradere volentes, *& vocem omnem* ſimpliciter, quam *locus* aptiorem & magis cognitam audientibus facit.„

C. I. „Sancimus igitur licentiam eſſe volentibus *Hebæis* per *Synagogas* ſuas *in quocunque Hebræi omnino loco ſunt*, per *Græcam vocem* ſacros libros legere *convenientibus*, vel etiam *patria* forte (*Italica* hac diximus) lingua vel etiam *aliorum* ſimpliciter, una cum *locis* etiam *lingua* commutata, *& per* ipſorum lectionem, per quam clara ſunt quæ dicuntur convenientibus omnibus deinceps, *&* ſecundum *hæc vivere* & *converſari*, neque fiduciam *eſſe his*, qui apud eos ſunt expoſitoribus, *ſolam Hebraicam* tradentibus, malignari hanc quemadmodum voluerint, multorum ignorantia ſuorum ipſorum abſcondentes malam conſuetudinem.„

„Verum tamen, qui per *Græcam* legunt, *Septuaginta* utantur *traditione*, quæ omnibus *certior eſt*, & præ aliis *melior* judicata, præcipue propter quod circa interpretationem contigit, quia & per *duos diviſi*, & per *diverſa interpretantes loca*, tamen *unam* tradiderunt compoſitionem.„ —

„Sed non tamen tanquam eis *reſiduas* excludere ſanciverimus *interpretationes*, licentiam damus & *Aquilæ* uti, *etſi alienæ tribus ille*, *& non competentem in aliquibus ſermonibus habet cum LXX interpretatione diſſonantiam*. Eam vero quæ ab eis dicitur *Secunda editio*, interdicimus omnimodo, utpote ſacris non conjunctam libris, neque deſuper traditam *de prophetis*, ſed inventionem *conſtitutam* virorum ex *ſola* loquentium *terra*, & *divinum* in ipſis *habentium nihil*.„

— „*Ut* hæc data à nobis licentia, neque damnis aliquibus ſubjiciantur omnino, qui Græcam vocem & alias tradunt, neque ab

ab alio quovis prohibeantur. Neque licentiam habebunt hi qui *ab eis Majores omnibus*, *Archipherecitæ* aut *Presbyteri* forſitan, vel *Magiſtri* appellantur, *perinoeis* aliquibus aut *anathematiſmis* hoc prohibere, niſi velint propter hos caſtigari corporis pœnis & inſuper privationem facultatum nolentes ſuſtinere„ —

## SEGMENTUM IIdum
## CAPITVLARIA REGVM FRANCORVM.
### ex Seculis VII. VIII. IX.

### §. 17.

Poſt IVSTINIANI tempora in *Græcorum Imperio* Orientis; ut & in uno alterove noviter conditorum *regnorum* Occidentis, *Iudaicæ* religionis ac gentis odium quam exitioſum ipſis fuerit, liquet ex LEONIS Novella LV. 56) & WISIGOTHORVM lege, 57) Judaicæ religionis intolerantiſſimis.

Haud ita dura, quamvis non adeo propenſa experiri Judæis licuit apud FRANCOS imperia, quum ipſis, quidem in territorio admiſſis, a) *domeſticorum ſacrorum uſus*, modo valde reſtricto, permiſſus & b) de reliquo, aa) vel ipſis bonis immobilibus adquirendis poſſidendisve interdictum, ac denique bb) *aliqualis notæ* macula inuſta fuiſſe videatur: *) id quod colligere licet ex Capitularibus ſequentibus:

 CHLO-

56) in *Corpore Jur. Juſtinian.*

57) in GEORGISCH *Corp. Jur. Germ.* antiqui (Hal. 1738. 4.) p. 2150 ſeqq.

*) Contrariam ſententiam fovet *Illuſtris Auctor* libri eruditione hiſtorica repleti, cui titulus: *Les Origines où l' ancien Gouver-*

Chlotarii II. d. a. 615. 58)

52) ,, *Iudæi* ſuper *Chriſtianos actiones publicas* agere non debeant. Quare qui ſe *quæſtuoſo* ordini ſociare præſumſerit, ſeveriſſimam legem ex canonica incurrat ſententia ,, 59)

53) „ Ne *Iudæi* adminiſtratorio uſu ſub ordine *vilicorum* atque *actorum* chriſtianam familiam regere audeant, nec eis hoc a quoquam fieri præcipiatur „ 60)

54) „ Non liceat Chriſtianis *Iudæorum* neque paganorum vel hæreticorum *res* emphyteuſeos vel conductionis titulo habere, neque *ſuorum* ſimiliter *eis* accommodare „ 61)

55) „ Nulli Chriſtianorum vel *Judæorum* in utroque Sexu permittimus ex propinquitate ſanguinis ſui vel uxoris ſuæ atque etiam virorum, juxta *legem* quæ in *Chriſtianis* eſt lata, usque ad ſeptimi generis gradus connubia ducere vel inceſti maculam operari „ — Illud tamen modis omnibus obſervandum fore præcipimus, ut ſi quis *Chriſtianus* vel *Chriſtiana*, aut *Judæus* vel *Judæa*, noviter *nuptiale feſtum* celebrare voluerint, non aliter quam cum præmiſſo *dotis titulo*, quo in *Chriſtianis* ſalubri inſtitutione præceptum eſt, vel *Sacer-*

*vernement de la France, de l' Allemagne & de l' Italie* (1757. 8) L. VI c. 10. §. 6. In *Gallia* fundos à *Judæis* poſſeſſos fuiſſe, teſtantur *Chartæ* à laud. FISCHERO, Diſſert. cit. §. 43 p. 54 prolatæ.

58) vid. *Capitularia Regum Francorum* ex edit. *Baluzii*. fol. Pariſ. 1677.

59) cf. T. I. p. 229 & c. 1. 2. C. 4. q. 6.

60) T. I. p. 943.

61) T. I. p. 1173 cf. nr. 50.

*Sacerdotali benedictione* intra ſinum ſanctæ Dei eccleſiæ percepta, conjugium cuiquam ex his adire permittimus. Quodſi absque benedictione ſacerdotis quisquam Chriſtianorum vel *Hebræorum* noviter conjugium duxerit, vel *ſolemnitatem legis* pro *dotali titulo* in quocunque tranſcenderit, aut *centum Principi Solidos* coactus exſolvat, aut *centum* publice verberatus *flagella* ſuſcipiat„

„ Hæc ſcilicet damna vel verbera ſingillatim unusquisque percipiat, videlicet tam ille qui nupſit, quam ea quæ nupta eſt, vel etiam conſentanei parentes eorum, unusquisque pro ſe jacturam legis hujus ſuſcipiat„ 62)

56) „ De Cappis & *aliis negotiatoribus:* videlicet ut *Iudaei* dent *decimam*, negotiatores *chriſtiani* undecimam„ 63)

## Segmentum III.
## LEGES ECCLESIASTICAE GENERALES.

### §. 18.

### a) Ex Decreto.

c. 5. Diſt. 45.

57) „De Judæis præcipit ſancta Synodus, nemini deinceps ad *credendam vim* inferri„ — Non enim tales *inviti* ſalvandi ſunt, ſed volentes, ut integra ſit forma juſtitiæ„

c. 26.

62) T. I. p. 1189 1190 cf. nr. 30.

63) T. II. p. 268. Cæterum ad h. l. notandum inter negotiatores *frequentius* occurrere Judæos v. gr. T. I. 342. 425. 453: T. II. 268 eorumque fieri mentionem T. II. p. 185 inter illos, qui aurum argentumve adulteraverint.

c. 26. C. 2. qu. 7.

58) „Pagani vel hæretici ſive *Iudaei* non poſſunt Chriſtianos *accuſare*, aut vocem eis infamationis inferre„

c. 31. C. 17. qu. 4.

59) „Conſtituit S. Concilium, ut *Iudaei* aut hi qui ex Iudæis ſunt, *officia publica* nullatenus appetant, *quia* ſub hac occaſione Chriſtianis injuriam faciunt„

c. 11 C. 23. qu. 8.

60) „Diſpar -- *Iudaeorum* & Sarracenorum cauſſa. In *illos* enim, qui Chriſtianos perſequuntur, & ex urbibus & propriis ſedibus pellunt, juſte pugnatur: *hi* vero ubique *ſervire* parati ſunt„

c. 10. (coll. c. 15. 16. 17.) C. 28. qu. 1.

61) — — 64)

„*Filii*, qui ex *talibus* conjugiis (*Judæi* ſc. cum *Chriſtiana*) nati exiſtunt, *fidem* atque conditionem *matris* ſequantur„

„Similiter & hi, qui procreati ſunt de infidelibus mulieribus & fidelibus viris, Chriſtianam ſequantur religionem, non Judaicam ſuperſtitionem„

c. 11. cit. l.

62) „Judæorum filios vel filias, ne parentum ultra involvantur erroribus, ab eorum conſortio ſeparari decernimus, deputatos aut *monaſteriis* aut *Chriſtianis* viris aut mulieribus — ut ſub eorum converſatione cultum fidei diſ-

64) Principium cap. agit de *Judæorum* conjugiis cum Chriſtianis, ſeparandis; vid. nr. 20. 26. Ad c. 7. X. de *divort.* de cauſſa *affine* v. F. Chriſtiani a S. Urſula D. de *conjuge infideli facto*, *fideli* Bamb. 1782. 8.

diſcant, atque in melius inſtituti tam in moribus quam in fide proficiant „

c. 13. cit. l.

63) „nullus eorum qui in ſacro ſunt ordine aut laicus azyma Judæorum manducet, aut cum eis habitet, aut aliquem eorum in infirmitatibus ſuis vocet, aut *medicinam* ab iis percipiat, aut cum eis in balneo lavet. Si -- quisquam hoc fecerit, -- Clericus, -- deponatur, -- laicus excommunicetur „

Plura inde non affero: c. 14. cit. l. c. 34. C. 17. qu. 4. coll. n. 19. & c. 93. 94. *Diſt.* IV. de *Conſecr.* ſaltim excitaſſe ſufficiat.

## §. 19.

### b) Ex decretalium

### aa) tit. de *Iudaeis.*

Ex *tit.* de *Iudaeis* pauca capitula ſunt, quæ proferri jubet inſtituti ratio. a) *Cap.* 1. 2. 5. & 19. de *chriſtianis mancipiis*, cum nris 21. 25. b) *Cap.* 3. & 7. de *Iudaeorum Synagogis*, cum nris 28. 41. c) *Cap.* 9. *Princ.* de *non baptizandis invitis*, cum nro 56. d) *Cap.* 16. & 18. de *iis non praeficiendis ulli officio publico* cum nris 58. 52. 45. ſimilis fere argumenti ſunt.

*Capp.* 6. 10. 11. 12. 17. hoc loco recenſeri non merentur.

Quæ igitur ſuperſunt, ſunt ſequentia.

64) Cap. 4. *eod. t.* „Judæi oſtia vel feneſtras in die Paraſceves apertas non habeant, ſed clauſas teneant totâ die.



65) c. 9.

65) c. 9. *eod. t.* „Nullus etiam Chriſtianus (Judæorum) quemlibet ſine judicio terrenæ poteſtatis vel *occidere* vel *vulnerare* vel ſuas *pecunias auferre* præſumat, aut bonas, quas hactenus habuerint *conſuetudines*, *immutare*; præſertim in *feſtivitatum* ſuarum celebratione quisquam fuſtibus & lapidibus eas nullatenus *perturbet*, neque aliquis ab eis coacta *ſervitia* exigat, niſi quæ ipſi tempore præterito facere conſueverunt„

„Ad hoc malorum hominum pravitati & avaritiæ obviantes, decernimus, ut nemo *cœmeterium* Judæorum mutilare aut invadere audeat, ſive obtentu pecuniæ corpora humata offendere„ — —

66) c. 13. eod. tit. coll. cap. 8. „Etſi Judæos, (quos *propria culpa* ſubmiſit *perpetuæ ſervituti*) pietas Chriſtiana receptet & ſuſtineat cohabitationem illorum; ingrati tamen nobis eſſe non debent, ut reddant Chriſtianis pro gratia contumeliam & de familiaritate contemptum. — — Accepimus autem, quod Judæi faciunt *Chriſtianas* filiorum ſuorum *nutrices*, (quod non tantum dicere ſed etiam nefandum eſt cogitare) cùm in die Reſurrectionis Dominicæ illas recipere corpus & ſanguinem J. C. contingit, *per triduum* antequam eos lactent, *lac effundere* faciunt *in latrinam.*„

„Alia inſuper contra fidem catholicam deteſtabilia & inaudita committunt, propter quæ fidelibus eſt verendum, ne divinam indignationem incurrant, cùm eos perpetrare patiuntur indigne, quæ fidei noſtræ confuſionem inducunt.„

„Inhibemus ergo diſtrictè, ne de cœtero *nutrices* vel *ſervientes* habeant *Chriſtianos*, ne filii *liberæ* filiis famulentur *ancillæ*, ſed tanquam ſervi à Deo reprobati — ſe

ſaltim

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-351146245-18

ſaltim per effectum operis recognoſcant *ſervos* illorum, quos Chriſti mors liberos & illos ſervos efficit„

„Si vero nutrices & ſervientes non dimiſerint Chriſtianos, ſub *excommunicationis* pœna inhibeatis diſtricte omnibus *Chriſtianis*, ne *cum eis commercium* aliquod audeant exercere„

67) c. 14 eod. t. „Poſtulaſti, qualiter *contra Judæum procedere* debeas, qui manus injecit in quendam Clericum violentas? — reſpondemus, quodſi dictus Judæus tuæ jurisdictionis exiſtit, ipſum pœna pecuniaria punias vel alia — *temporali*;„

„alioquin ejus Dominum moneas — ut — ab eo ſatisfieri faciat competenter;„

„quodſi Dominus ejus neglexerit adimplere, tu *Chriſtianis omnibus* per *cenſ. eccleſ.* interdicas, *ne cum ipſo Judæo* antequam ſatisfaciat, *præſumant commercia exercere*„ 65)

68) c. 15 eod. t. „In nonnullis provinciis à *Chriſtianis Judæos* ſ. Saracenos *habitûs* diſtinguit *diverſitas:* ſed in quibusdam ſic quædam inolevit confuſio, ut nulla differentia diſcernantur.„

„Unde contingit interdum, quòd *per errorem Chriſtiani, Judæorum:* — & *Judæi,* — *Chriſtianorum mulieribus* commiſcentur„

 „Ne

65) Per hunc modum ſcilicet *indirectum* ope jurisdictionis *eccleſiaſticæ* poteſt coerceri ac ad parendum cogi ipſe *infidelis* Judæus. *Simile* quid occurrit in §. 48 Art. V. J. P. O. *Ad conſequendos tamen reditus* &c. de quo vide *Conſult.* & *Ill.* D. *Praeſidis* Teutſches geiſtliches Staatsrecht Th. I. S. 102 & 103 & not. 1)

„Ne igitur tam damnatæ commixtionis exceſſus *velamen erroris* hujusmodi, ulterioris excuſationis poſſint habere diffugium: ſtatuimus, ut tales *utriuſque ſexus* in *omni* Chriſtianorum *provincia* & *omni tempore*, qualitate *habitûs* publicè ab aliis populis diſtinguantur„

„In diebus *lamentationis* & *dominicæ paſſionis* in publicum *minimè prodeant*, eò quòd nonnulli ex ipſis talibus diebus — & ornatius non erubeſcunt incedere ac Chriſtianis — illudere non reformidant„

## §. 20.

### bb) EX RELIQVIS *titt.* X.

Ne vero in volumen excreſcat libellus, ex *reliqûis* X. titulis tantum ſequentia addo:

69) c. 21 de *teſt.* & *atteſt.* „Teſtimonium *Chriſtianorum* adverſus *Judaeos* in omnibus cauſſis (cùm illi adverſus Chriſtianos teſtibus ſuis uti præſumant) recipiendum eſſe cenſemus. Et anathemate decernimus feriendos, quicunque Judæos Chriſtianis voluerint in hac parte præferre: cum *eos Chriſtianis ſubjacere* oporteat, & ab eis pro *ſola humanitate* foveri„

70) C. 1. Clem. de *teſt.* „Cum Judæi quidam, — quòd ſuper civilibus aut criminalibus convinci per *Chriſtianos* non poſſint, ſe *privilegiis Regum & principum* tueantur (quia id nedum juri contrarium, ſed & Chriſtianæ religioni opprobrioſum eſt quamplurimum & adverſum) Reges eosdem & Principes — exhortamur, ne concedant hujusmodi de cœtero privilegia, vel ſervent aut ſervare permittant etiam jam conceſſa„

„Quòd

„Quòd ſi Judæi privilegiis talibus uti præſumſerint, *Chriſtianorum communio eis ſubtrahatur*, ſic, quod Chriſtiani ab eorum abſtinere communione cenſura eccleſiaſtica — compellantur„

71) c. 16. X. de *decimis*. „De terris, *quas* Judæi *colunt*, — reſpondemus, ut eos ad perſolvendas *decimas* vel poſſeſſiones penitus renunciandas — compellas„

72) c. 12 X. de *uſuris*. „Judæos ad *remittendas Chriſtianis uſuras*, per principes & poteſtates compelli præcipimus ſeculares. Et donec eis remiſerint, ab univerſis Chriſti fidelibus tam in mercimoniis quàm in aliis per excommunicationis ſententiam, eis jubemus communionem omnimodam denegari„

73) c. ult X *qui fil. ſunt legit.* „*Prolem* de *infidelium* conjunctionibus natam, qui ſecundo, tertio vel ulteriore gradu, ſecundum opinionem illorum matrimoniali contraxerunt affectu, *poſt* fidem receptam (utilitate publica ſuadente) *legitimam* volumus reputari„

## SEGMENTVM IVtum

## LEGES GERMANICAE ſ. DOMESTICAE GENERALES.

### §. 21.

### a) EX SPECVLIS.

De Judæorum, qui in *Germania* MEDII ÆVI obtinuit, civili ſtatu, præclare diſſeruit laud. FISCHER l. c. Verum nec minus judicioſè atque eruditè de eodem argumento diſputavit *Illuſtris Chr. Fr.* PFEFFEL, 66) qui nonniſi in ter-



ris

